[illegible] [illegible] cum aqua marina calida. Sumen[illegible] inpetig[illegible]
[illegible] tenere folia cocta [illegible] frontem [illegible]
dis [illegible] calamitis coeocedit. **De chironio praxagoras.**

Chironium ulcus est habens horas duras callosas. tumentes. emittens saniem subtenuem. odor malus nec mulcet
nec in se habet humorem. nulla inflamatio. dolor modicus est. neque serpit. ideoque nullum periculum affert.
sed non facile sanescit. interdum tenuis cicatrix inducitur. deinde iterum rumpitur. ulcusque renouatur. fit maxime
in pedibus et cruribus. Super id imponi debet quod et lene aliquid et uehemens et reprimens habeat. quale est
[illegible] causa fit exclusis. squame eris. plumbi eloti combusti ana ʒ. xiiii. cathmie. cere ana ʒ. iiii. rosacei
quantum sufficit. prodest quoque quod [illegible] quod recipit lepidos calcis ʒ. x. [illegible] cere ana ʒ. xx. ceram ma
laxa[tam] immitte et desuper puluerem. **De furunculo.**

Furunculus est tuberculum acutum cum inflamatione et dolore maximeque ubi iam inpus uertitur. qui ubi
penitus et extra superapparet pars carnis interius usta. pars corrupta subalbida. subrubea. quam uen
triculum quidam furunculum nominauerunt. in eo nullum periculum est. etiam si nulla curatio adhibeatur.
maturescit enim per se et erumpit. sed dolor fit. Ut ocior medicina fit quam maturius liberet. proprium est
medicamentum galbanum est. sed alia supra comprehensa sunt. si certa dentur. imponi debet primum non pingue emplastrum
ut uel reprimat. deinde si non repressit. quodlibet puri mouendi accommodetur. Sine id quod est uel re
sina uel fermentum. expresso pure. nulla ulterius curatio necessaria est. **De eodem ysaac.**

Furunculum uocant uulgo carbunculum qui ex grosso sanguine et corrupto fit. Cum ergo crescit [illegible] corpus deinde
dissolutiua ponantur. frumentum masticatum supponatur. sicque [illegible] cum cera [illegible].